

# In Topica Cicero. Commentariorum li. iiii.

Cicero de Boetii in Topica Ciceronis Commentariorum.  
Liber quartus.



**A**plicare non possum mihi Patrici: quoniam sepe in difficillimi operis cursu vires afferat amicitie contemplatio: cum et his studiosius componamus: quos reposito penitus amore diligimus: et placere cupientibus multa sese re: copia subministrat. Huc accedit: quod ut queque in mentem venerint: iudicata atque et incastrigata promunt. quandoquidem apud cari pectoris secretum nihil est periculi proferre: quod sentias. Est igitur mihi cum tua benivolentiam specto: primum omnium atque (ut ita dicam) voluptarium: quod in tue prescriptis iocunditatis impendit. Sed cum memet ipse prope vereor ne impato muneri par esse non possim: et deficientis culpa in adhortationis cedat in iuriam. Quo fit: ut tibi etiam atque etiam prouidendum sit: ne tuis ipse moribus emendatus: nisi alicuius erroris sarcinam feras. nostri oblatratis moribus inuidie. nostri quod facillime in difficillimis causis liuor iudicium ferat. queso igitur extremam nostram operi manum communis negotii studiosius imponas: abundantiam resecas: biantia suppleas errata reprehendas: sis postremo nostri laboris tueque adhortationis assertor: cum presertim secum me peractum reddat officium: quo te amici pudor dignus possit conuenire: si displicet. Sed hec alias. nunc operis suscepti tramitem persequamur. Quoniam locorum in ipsis de quibus queritur terminis inherentium alii sunt a toto: alii a partibus: alii a nota: alii ex affectis. De eo quidem loco: qui est a toto: et in diffinitione est constitutus: sufficienter differuit superiore tractatu. nunc de partium enumeratione dicere instituit: re etiam ordinis vias. s. insistens ut non solum exemplo qualis esset partium enumeratio perdoceret: verum ratione quoque ostenderet: quomodo partium enumeratione in argumentationibus esset utendum.

**P**artitione sic utendum est: nullam ut partem relinquant: ut si partiri velis tutelam: inscienter facias si vllam pretermittas. at si stipulatio est: aut iudiciorum formulas partiare. non est viciosus in re infinita pretermittere aliquid. quod idem in diuisione viciosum est. Formarum. n. certus est numerus. que cuique generi subiiciantur. partium distributio sepe est infinitior: tanquam ratio a fonte deductio. Itaque in oratorum artibus questionis genere proposito quot eius forme sint subiungit absolute. At cum de ornamentis verborum sententiarumque precipit quae vocantur schemata non fit idem. Res est. n. infinitior. ut ex hoc quoque intelligatur. quid velimus inter partitionem et diuisionem interesse. Quamquam. n. vocabula prope idem valere videantur. tamen quod res differant. nomina rerum distare voluerunt.

**S**ensus huiusmodi est: rerum que partibus coniunguntur: alie quidem paucas: et facile intelligibiles: comprehensibilesque partes habent. alie vero plures intellectusque difficiles. In his igitur partibus que sunt paucae: ac facile sub intelligentiam cadunt: vel maximam vicium est: si partiendo aliquid relinquant. In his vero quae ut ipse ait: infinitior numerus est. et confusior perspectio: minus viciosus est si qua diuidentem pars in enumeratione pretereat. fit autem hoc non solum per eas res. que aliis quibus partibus constent: verum etiam sepe per partes ip-

fas: quas in distributione partimur: ut si bovis corpus velimus intellectu ac ratione per propria membra distribuere: faciemus ita. caput humeros: manus: toras: cetera: ventrem. suras atque pedes et quoniam maiores partes sumpsimus ad diuidendum. Idcirco nihil premissum esse videtur: at si minutissimas particulas persequamur: tunc oculi quoque et labia et nares: atque aures: earumque partes persequende sunt. Idque in toto corpore faciendum: eoque ino difficilior erit partitio: cum sit partium numerus infinitior. Sepe et (ut dictum est) res ipse is partibus in parte sunt: quae non sit facilis inspectio ut si quis stipulationum et iudiciorum formulas partiat vel etiam si figuras loquendi: quae schemata greci vocant: diuidi necesse sit. Hic igitur si quod premissum sit: non erit viciu partitio: quod partium nam multiplex sepius offendit errorem. At si quis genus diuidat: peruitiosum est aliquam pretereat formam: quoniam formarum finita quantitas est. Nam quod semper in contrarium diuiduntur aut due sunt semper per species generis. aut tres: et tunc tres: cum ea tertia: quae sumitur ex contrariis permixtione perficitur. ut si colorum diuidamus: dicendum est ita. Coloris aliud est album aliud nigrum: aliud medium. Id medium ex albi coloris ac nigri permixtione coniunctum est. quoniam in quolibet aliam coloris speciem transferatur: seu purpurei seu rubri: seu viridis. itaque si tale est: quod diuidis: talesque sunt partes: quas ad diuisionem sumis quas non difficulter intelligentia comprehendat: viciu erit: si quod omiseris: velut si tutelam partiaris. Tutela quippe quattuor fere modis est. aut. n. consanguinitatis gradu: aut patronatus iure defertur. aut testamento patris tutor eligitur. aut vrbani praetoris iurisdictione formatur. et sunt forsitan plures sed nunc iste sufficient. Hic igitur et paucae partes: et facile comprehensibiles. at si stipulationum formulas et iudiciorum comprehendere velis: quoniam multe in his partes sunt: non erit viciosus: si quod omiseris: improprium vero est exemplum partium: quod de tutelis est dictum. magis. n. ut genus in formas: quam ut totum in partes: tutela diuisa est. Nam siue per consanguinitatem sit tutor: siue patronatus iure: siue ceteris modis: integre tutelae in his quod in singulis partibus non solet conuenire: ut totius integrum capiatur nomen. s. ut conueniens videatur exemplum: requirende sunt tales tutelae partes: quae iuncte tutelae efficere possint: non quae singule tutelae nomine designent: quod nescio: an quisquam iuris peritiam professus tales tutelae partes ediderit. Derobaudes vero rethor ita intelligendum praebat: ut id quod ait. partitio sic utendum est: nullam ut partem pretermittas. de diuisione dixerit. i. de vna parte proposito partitionis. Nam et diuisione: et per membra distributio partitio nuncupatur. in diuisione. n. viciosus est aliquid pretermittere. in partitione membrorum minime. ita exemplum de tutelis ei partitio accommodatum dedit quod est diuisionis. at si diuisionem facias. i. formam a genere partitionem: summum est viciu aliquid pretermittere: quoniam cum sit finitus formarum numerus si quid omisus sit: inscitia preteritur. ut si oratorias quoniam formas diuidere velimus: dicemus omnem rhetoricam quoniam: aut de facto esse: aut de qualitate facti: aut de nomine. at si locutionum figuras: sententiarumque distribuamus: non erit (ut dictum est) viciu transire aliquid. quoniam quod sententiarum inter se atque locutionum figure et multiplices et varia ratione diuerse sint. hic quoque. figurarum partes non ita videtur accipi posse: quemadmodum totius: s. ut generis species. vnaqueque. n. figurarum que infinite sunt: velut figura generalis species est. quod possumus intelligere ex his libris rhetorum: vbi de elocutione tractatur. nulle

namque

naqꝫ sunt figurarꝫ partes q̄ figuras iungāt: ita vti si-  
gule figure nomē vniuersalis figure nō possunt amit-  
tere. sed obici nobis pōt: 7 q̄o infinite sunt figure: si  
spēs sunt. sed r̄debo leuiter: elocutione mutata figu-  
ram quoqꝫ mutari: atqꝫ idcirco in ptate esse dicētis  
figuras facere: q̄s is q̄ tractat difficile atqꝫ fiāt pos-  
sit agnoscere. he vō nō substantialibus quibusdā dif-  
ferentiis constituunt: sed potius accidētibus explicā-  
tur. vāt sit: vt tūc cōis noīs in significatiōes ptitio fie-  
ri videatur: cū figura diuiditur potius q̄ generis in  
spēs. Oīa vero significata cuiusqꝫ noīs diuisiōe inclu-  
dere difficile ē: qz noua plerūqꝫ fingūt. sed ne id qdē  
re: ratio p̄mittit. Nā vnaqueqꝫ figura generalis fi-  
gure noīe 7 diffinitione cōprehenditur. quocūqꝫ. n.  
modo figura diffinitur: eadē erit diffinitio etiaz vni-  
uscuiusqꝫ figure: que res vnāquāqꝫ figurā vniuersa-  
lis figure spēm esse declarat. vniuoca. n. sunt spēs et  
genus. sed est illud verius partitionē figurarum ad  
elocutionē ipsam Tullium retulisse: cuius pars que-  
dam ē figura non spēs. variis. n. multiplicibusqꝫ figu-  
ris elocutio luculenta conteritur. Si quis. n. elocutio-  
nem partiri velit in figuras: non genus in species: sꝫ  
totum secabit in partes que cuz ita sint: ex hoc quoqꝫ  
apparet quid intersit inter diuisionem partitionēqꝫ  
cū partitio interdū talis sit: vt si quid in ea p̄termis-  
sum sit nihil afferat vitii. Diuisio vero formarum ta-  
lis est: vt in ea non queat aliquid sine culpa preteriri  
Quo factum est: vt qz res differebant: diuersa ēt vo-  
cabula rebus inter se distantibus inderent.

**M**ulta etiam ex notatione sumunt. ea est autē:  
cū ex vi nomis argumentū elicitur: quā greci et hī  
mologiā appellant. i. verbū ex verbo veriloquiū.  
Nos autē nonitate verbi non satis apti fugientes:  
genus hoc notationē appellamus: qz sunt verba re-  
rum note. Itaqꝫ hoc idē Aristoteles symbolū ap-  
pellat: q̄ latine est nota. sed cū intelligitur qd signi-  
ficetur: minus laborandū est de noīe. Multa igit  
in disputando notatione eliciunt: ex verbo. vt cuz  
querit postliminiū qd sit. non dico que sint postli-  
miniū. nāz id caderet in diuisionem. que talis est.  
Postliminio redeūt hec hō. nauis. mul. clitella-  
rius. equus. equa. que frena recipere solet. Sed cū  
ipsius postliminij vis querit 7 verbū ipsum notat  
in quo seruius noster. vt opinor. nihil putat esse no-  
tandū. nisi post. 7 liminiū illud productionē eē ver-  
bi vult. vt in finitimo. legitimo. editimo. non plus  
inesse. timū. q̄ in Adeditullio tullii. Sceuola at  
p. filius iunctū esse putauit verbū vt sit in eo post 7  
limen. vt q̄ a nobis alienata sunt. cū ad hostes pue-  
nerint. 7 ex suo tanq̄ limine exierint. hinc cum re-  
dierint post ad idē limen postliminio videant re-  
disse. Quo genere ēt mancinī causa defendi pōt  
postliminio redisse dedituz non esse. qm̄ non sit re-  
ceptus. Nam neqꝫ deditiōem neqꝫ donationes  
sine acceptione intelligi posse.

**P**ost enumerationē partiuꝫ recto ordine de notatio-  
ne p̄pedit. Notatio igit est: quotiens ex nota aliqua  
rei: q̄ dubia est: capit argumentū. Nota vero est: que  
rē quāqꝫ designat. Quo fit vt oē nomen nota sit: id-  
circo qz notā faciat rē: de qua predicat: id Ari. sym-  
bolū noīauit: ex notatione at sumit argumentū: quoqꝫ

tiens aliqd ex noīs interpretatiōe colligit. Interpreta-  
tio vero noīs et hīmologia grece: latine veriloquiū  
nuncupat. Ety mō. n. grece ver: significat: logos ordi-  
nem. sed qz id veriloquiū minus in vsu latini sermo-  
nis habebat: interpretatiōe noīs Tullius notationē  
appellat. Ea est hīmōi. vt si q̄ratur quid est postlimi-  
niū. in qua qōne nō illud v̄ ingri: q̄ res postliminio  
reuertant. hoc. n. in diuisionē caderet. i. eaz oīum re-  
rū enumerationē q̄ postliminio redeūt postularēt. ve-  
lut si ita dicamus. postliminio redeunt. hō. nauis. mu-  
lus. clitellarius. equus: equa q̄ frenos recipere solet. i.  
domita. Nūc. n. enumerate sunt res: q̄ postliminio re-  
uertant. at cū qd sit ipsuz postliminiū querit: pōt ex  
ipsi noīs interpretatiōe cognosci. Postliminio. n. re-  
dit: q̄sqꝫ captus ab hostibus ad patriā remeauerit.  
Nāqꝫ dū captiuitatē hostiū patit: ius ciuis amittit.  
oīa vero iura recipit: si postliminio reuertat. Ergo ex  
notatiōe noīs ita ius postliminij clarescere pōt v̄ qz  
p̄ semp id significat qd recto reliq̄t. postliminij voca-  
bulo qdā reuersio significat. vt serui. pbat: q̄ ex ad-  
uerbio post viz noīs interpretat. reliquā vocabuli ptē  
p̄tractionē solā eē p̄firmat. nā in eo qd ē postliminiū  
ex eo qd post ē dem. interpretatiōe noīs sumit. limini-  
uz vō supuacuo putat eē p̄ductū. ad hoz noīum for-  
mā meditullij pōit. P̄ria. n. ps mediū significat tul-  
liū vō nihil. 7 legitimū 7 editimū. In vtriusqꝫ. n. lex  
ibi. edes ibi aliqd itimū vero nihil oīno designat. id  
vero nomē qd est postliminiū Sceuola. p. fili. ex ad-  
uerbio post 7 limine putat eē p̄positū. nā qz ad idē li-  
men qd post reliq̄t reuertit is q̄ postliminio redit. id  
circo ex vtriusqꝫ significatiōibꝫ arbitrat nomē eē cō-  
iunctū. Quecūqꝫ. n. a nobis abalienata ad hostē pue-  
niunt: cū a nōo limine exierint: si post ad idē limen re-  
uertant: postliminio redeunt. qm̄ ēt mancinī cā des-  
fendi pōt: quez cū populus romanus ob sedus male-  
ictū dedit: hostes eū suscipere noluer: qui cū re-  
uersus eēt: postliminio redisse videbat: idcirco: qz si  
eū hostes recepissent deditū a ciuibꝫ: ēt si quoquo-  
mō ab hostibꝫ effugisset: nō videre postliminio re-  
gressus: q̄ iudicio ciuiuz oī libertatis iure fuisset eru-  
t. sꝫ qm̄ nec deditio: nec datio: nec donatio p̄ter acce-  
ptionē v̄ posse p̄sistere. idcirco q̄ susceptus nō sit: ne  
dedit qdē intelligi posset. recte ergo mācinus q̄ nō  
dedit in hostiū si ea vti mallēt puenerat ptatem: is  
cū patriā remeauit: iure postliminio redisse defessus ē

**S**equit is locus. q̄ constat ex is rebus. q̄ quodā  
modo affecte sunt ad id de quo ambigitur. quem  
mō dixi in plures partes distributū Cuius est pri-  
mus locus ex cōiugatione. quā σ υ τ υ τ i d p̄ vocant.  
finitimas notatiōi. de qua modo dictum est. vt si  
aquā pluuiā eam mō intelligeremus. quā in imbrī  
collectā videremus. veniret mutius. qui qz coniu-  
gata verba essent pluuiā. 7 pluendo. diceret omnē  
aquam oportere arceri. que pluendo creuisset.

**C**uz locū q̄ in ipsis de qbus querit inhereret: i quat-  
tuor d̄rias supra distribuit a toto: ab enumeratione  
partiuꝫ. a nota. ab affectis: qm̄ diligēter de superioribꝫ  
tribꝫ pauloante tractauit: nūc quartū locū. i. affecta  
p̄sequit. 7 qm̄ locus ab affectis in plurimas d̄rias sol-  
uebat: quaz prima a iugatis p̄posita est: primū loq-  
tur de coniugatis: q̄ multū a notatione nō differunt  
Nāz qz notatio ex vi noīs trahit. itemqꝫ cōiugatio si  
militudine vocabuli continet: aliqd inter se veluti cō-  
finiuz tenet. sed hoc interest: qz notatio expositiōe nō

## In Topica Cicero. Commentarioꝝ li. iiii.

minis: cōiugatio similitudine vocabuli ac deriuatio ne pficitur. 7 qm̄ facilis 7 intellectu 7 tractatu locus est: tantū ponere sufficit exemplū qđ huiusmodi est aqua pluuia est. q̄ pluendo colligit 7 crescit. Pluendo vero atq; pluuia cōiugata sunt. in vno. n. eodēq; vocabulo diuersus noīum terminus dñiam facit. itē ius est aquā pluuia arceri. i. vt si in alicui⁹ agro pluuia aq̄ colligat: 7 in alteri⁹ agrū defluat: eaq; vicini frugib⁹ nocitura 7 crescat: arceat eā suis finibus ille q̄ id sua putat interesse ne defluat. Si flui⁹ igit pluuia creuerit: q̄ritur an debeat arceri. rñdet inqt mutius. qm̄ aq̄ pluuia a pluēdo dicta sit. ēt fluiū quoq; q̄ pluēdo creuerit: aquā eē pluuia atq; arceri debere

**C**um aut a genere duces argumentū nō erit necesse id vsq; a capite arcescere. Sepe ēt citra licet dūmodo superius sit: qđ sumit. quā id ad qđ sumitur. vt aqua pluuia vltimo genere ea est. q̄ de celo veniens creicit imbr̄i. sed proprio loco in quo q̄ si ius arcedi continet. genus est aqua pluuia nocēs eius generis forme loci vicio. 7 manu nocēs quaz altera iubetur ab arbitro coerceri. altera nō iubet.

**T**alis genēz spērumq; intelligit esse nā: vt cū colligunt: vel ēt diuidunt ab indiuidnis per spēz 7 genera vsq; ad maxima genera possit ascēdi. Itēq; a maximis generibus p̄ infra posita genera ac spēz vsq; ad indiuidua valeat esse descensus. Id vō vno clarū fiet exemplo. Cicero q̄ppe indiuiduū est. huius spēz bō. huius genus aīal. huius supius genus est corpus aīatum: 7 si lōgius ascendas. corpus alterius genus inuenies. si prolirius egrediare: substātia vltimi loco generis occurrit. Lū igitur multa sint genera: si cuiuslibet speciei gen⁹ assignandū sit: nō necesse erit inquit maxima 7 principalia genera semp exgrere. verū eoz quoq; aliqd q̄ in medio locata sunt oportebit adhibere. Illa tñ rōne seruata: vt semper genus superius sit eo ad qđ predicat vt genus. Extrema q̄ppe inscitia est: si dū genus semp nā spēbus propriis supponat: loco generis id qđ est inferius collocef. Quo circa viciōsum est: si quis corporis genus dicat eē corpus aīatum. quo fit: vt si ad spēm aptandū est genus eoz: que superiora sint: aliquid aptemus. 7 non erit necesse vltimū semp genus adhibere: vt si hōi gen⁹ proprius preponere velimus: nō necesse est vt substātia preponamus. sed vel corpus vel corpus aīatum: vel qđ maxime fieri opz aīal. Illa. n. semper genera sumenda sunt: q̄cunq; proxima formis adherēt: eaq; in diffinitione maxime requirunt. sed in argumentationibus nihil differt: vtruz proximū eligas an superius genus. Illam qm̄ ex continēti sit argumentatio: plus cōtinet id: qđ est supius genus. quocirca si de hōie aliqd ambigitur: 7 a genere argumētandi sumitur locus: quicqd de aīali dicetur id ēt de hōie predicabit. Quo fit: vt si quid ēt de aīato corpore predicet idem de hōie dici possit. vt igit argumentationes ex proximis generibus fiunt: ita ēt ex vltim⁹ constitutis sed in his oībus illud est qđ maxime 7 considerandū vñ ne id qđ est inferius superiori proponat vt genus. Et snia quidē talis est. qđ vero ad exemplū attinet declarabit hoc mō. sit aqua pluuia: ea q̄ deiecto de celo imbr̄i colligit. huius spēz duplex est. alia. n. aq̄ pluuia nocens est: alia nō nocēs. Illocētis quoq; duplex spēz est: alia manu: alia vicio. S; aqua pluuia manu nocens est: q̄ ita loco aliquo excipit: vt inde pro-

fluens vicino noceat: si locus is nō sit nāliter talis: sed manu hōis excipiēde aq̄ fuerit appatus. vicio vō quotiens nāliter ita sese locus h; vt excipe aquā possit: 7 nocere vicino. Si eius igit aque: quā quis arceri velit: ne sibi noceat ac vicino: gen⁹ velit exquirere nō necesse ē ab vltimo vsq; genere deducere: vt dicat aq̄ eius: quā quis velit arceri: genus eē aquā pluuia sed pōt id qđ ingrit genus: paulo inferius inuenire: vt hui⁹ aq̄ quā arceri desiderat: id gen⁹ eē dicat: qđ est aq̄ pluuia nocens. qđ si genus proximū q̄rat: illō poterit adhibere: qđ est aqua pluuia manu nocens. hoc. n. arceri q; cogit: qđ manu fit notū. qđ vero loci forma vel vicio incōmoditatis aliqd appoztat: arceri non cogit. q̄ at dixim⁹ eius aq̄: quā arceri oporteat: genus eē aquā pluuia manu nocentē. Ita intelligendū est. si aq̄: q̄ arceri d; plurima sub se habeat indiuidua 7 similia. tūc demū. n. eius aq̄ q̄ arceri d; aqua pluuia manu nocēs gen⁹ eē poterit. q̄ si aqua q̄ arceri d; in nulla indiuidua deducat ipsa ē indiuidua: nec eius gen⁹ est aq̄ pluuia nocēs manu: s; spēz. qđ si cui paululū videt obscurius. hic si eos cōmentarios: quos de genere: spē differentia proprio atq; accidenti cōposuimus libris quinq; digestos inspexerit nihil horū poterit incurrerere: quo caliget.

**C**ommode etiam tractatur hęc argumētatio: q̄ ex genere sumitur. cum ex toto partes persequere hoc modo. Si dolus malus est cum aliud agitur: aliud simulat: enumerare licet qbus id modis fiat. Deinde in eorum aliquem id quod arguas dolo malo factum includere. Quod genus argumenti in primis firmum videri solet.

**D**ictū est quemadmodū genus ad speciem debeat aptari. atq; in eo prescriptū est: vt nisi id qđ est superius adhiberi nō debeat. Nunc illud adiungit: quē admodū ei⁹ loci q̄ a genere d;: argumētationib⁹ cōmodior vñs eē possit. quotiēscūq; .n. de re aliqua dubitatur: si facta generis alicuius diuisione sub aliqua eius generis pte id de quo ambigit potuerimus icludere: tunc a genere tractū esse argumentū videt hoc mō. Sit dolus malus: qm̄ aliud agitur: aliud simulatur. Hui⁹ ergo si spēz diuidant: 7 id qđ factū arguimus alicui eaz speciez q̄ a dolo malo deducte sunt: potuerimus adiungere: quicqd de dolo malo existimabit. id ēt de ea re: quam arguimus: necesse est iudicari: 7 factū esse argumentū a genere. Illā de quo q̄ritur spēz est: 7 id a quo sumit argumentū gen⁹ est. .i. si ita contigit dolus malus: locus vō hic ab eo qui est a partiu enumeratione diuersus est. nec si enumeramus partes. .i. formas aut species. Idcirco nō a genere: sed ab enumeratione partiu ducitur argumentū. Quotiens. n. ipsa partiu enumeratione vrimur ad argumentationē tunc ab eadē partitione argumentū tractū eē dicimus. vt hoc mō. si fundamenta et parietes 7 tectū h;: 7 habitationi est destinatus locus: domus est: ipsa igit partitione vtentes: domum eē pbauim⁹. Quotiens vō sub genere aliqd collocandū est: diuisiq; ptribus alicui eoz: que a genere deducuntur id de quo q̄ritur aggregamus vt hoc mō. Si ciceronem animal esse monstremus: dicemus ita. Qđ aīal aut rationale est: aut irrationale: sed Cicero rōnalis est. aīal igitur est. nō partitione vrimur principaliter ad argumentū 7 stituendū: s; idcirco gen⁹ diuisimus: vt in vnāquamlibet diuisionem: id quod mitebamur

nitebamur ostendere posset includi. i. ut id de quo dubitatur in assumpti continentia generis redigeretur: atque de eo per generis nomen fides fieret. Sic ergo a genere facta argumentatio iure dicitur: amplius partium enumeratio totius efficere substantiam solet: siue illud esse sit ut genus siue partium coniunctio copuletur: ut totum: at vero hec diuisio generis in cuius parte quilibet illa res de qua contenditur includenda est: non id efficit: ut totius substantia constituat: sed ut illud: quod approbare quimus intra genus locetur. Que argumentationis modum in primis. *M. L.* validum esse confirmat. Illa. n. regula satis vera est: ac necessaria: que de genere predicantur: eadem de specie modis omnibus predicari. Illud vero queri perutile est: cum aliquid de particularibus rebus probatur: ex superposita proxima specie: ut si socratem rationalem esse probamus: quoniam sit homo: cum sit homo rationalis: utrum ex genere an ex forma argumentum ductum esse arbitremur. Nam si dicamus ex genere: vltima species genus non est. si ex specie superpositum genus semper species probare desiderat. Socrates vero cui si dem prestat homo: quoniam rationalis est. genus hominis non est. sed dicendum est. quoniam veluti a genere tractum videbitur argumentum. Nam ex genere quasi ex continenti atque ampliore: et de substantia predicato fides ducitur: quam socratem ad sua individua speciem nemo dubitat obtinere. Nam et continet ea: et de eorum substantia predicatur.

**S**imilitudo sequitur. que late patet. sed oratoribus et philosophis magis quam vobis. Et si enim omnes loci sunt omnium disputationum ad argumenta suppeditanda. tamen alijs disputationibus habundantius occurrunt. alijs angustius. Itaque genera tibi nota sunt. vbi autem his utare. questiones ipse te ad monebunt. sunt. n. similitudines. que ex pluribus collationibus pueniunt quo volunt hoc modo. Si tutor fidem prestare debet. Si socius. si cui mandaueris. si qui fiduciam acceperit. debet etiam procurator. hec ex pluribus perueniens. quo vult appellatur inductio. quam greci paralogem noiant. quam plurimum est usus in sermonibus Socrates. Alterum similitudinis genus collatione sumitur. Eum una res vni. par pari comparatur hoc modo. quem admodum si in vrbe de finibus controuersia est. quare magis agrorum videtur esse. quam vrbis. finibus regendis adigere arbitrum non possis. Sic si aqua pluuia in vrbe nocet. quoniam res tota magis agrorum est. aque pluuie arcende adigere arbitrum non possis. ex eodem similitudinis loco etiam exempla sumuntur. ut crassus in causa curiana exemplis plurimis usus est aiens de eo. Qui testamento sic heredem instituit. ut si filius natus esset in decem mensibus. isque mortuus priusquam in suam tutelam venisset secundus heres hereditatem obtinisset. Que commemoratio exemplorum valuit. eaque vos in respondendo vti multum soletis. Ficta. n. exempla similitudinis habent vix sed ea oratoria magis sunt quam vestra. quamquam vti eis etiam vos soletis. Sed hoc modo. finge mancipio aliquem dedisse id quod mancipio dari non potest. Nam ideo id eius factum est. qui accipit. aut nisi is qui mancipio dedit. ob eam rem se vlla re obligauit. In hoc gene-

re oratoribus et philosophis concessum est. ut muta etiam loquantur. ut mortui ab inferis excitentur. ut aliquid. quod fieri nullo modo possit. augende rei gratia dicatur. aut minuende. que ut periphrasim dicitur et multa alia mirabilia. sed latior est campus ulorum. eisdem tamen ex locis ut antedixi. et in maximis et in minimis questionibus ducuntur argumenta. **D**e similitudinis loco plane atque expedite differunt omnem aperuit intellectum: similitudinum diuidens formas: prescriptisq; apertissime: quibus magis ex similitudine argumenta contingerent. i. philosophis: atque oratoribus. et enim similitudo persuasionibus videtur aptissima. Nam quod in vnam vel plures extra eam de qua queritur causam cadere solet: facile credi potest in ea quoque de qua ambigitur conuenire. Idcirco ex similitudine tracte argumentationes magni oratoribus usum prestant: philosophis quoque quoniam non in omnibus questionibus demonstratione vtuntur: sed aliquotiens vniuersalia colligunt: quo id facilius persuadeant: quod nituntur ostendere. inde similitudo rerum sepe est conquirenda. atque idcirco locus a similitudine oratoribus maxime philosophisque conducit: non tamen solus. *O. S. n.* loci ceteri sunt cuiusque materie: sed in alijs vberius incidunt: in alijs angustius inueniunt. Quo circa cognitio atque ante perceptis locis questiones ipse: que tractabuntur: quibus vti debeat: solertem animum poterunt admonere. Omnis vero similitudo duplex est. aut. n. ex pluribus rebus similitudo colligitur: et inductio nuncupatur. quod greci paralogem noiant aut singule res per similitudinem comparantur. ac prior quidem huiusmodi est. si tutor fidem prestare debet. si socius: si cui mandaueris: si qui fiduciam acceperit: debet et procurator. nam cum in talibus rebus fides prestari debeat: vnaque similitudo sit in fide prestanda: tam in tutore quam socio: atque ei cui mandatum sit: eique qui fiduciam accepit: debet eadem similitudo procuratori etiam conuenire. fiduciam vero accepit: cuiusque res aliqua mancipatur. ut eam mancipanti remanipet: velut si quis tempus dubium timens amico potentiori fundum mancipet: ut ei cum tempus quo suspectum est preterierit: reddat. hec mancipatio fiduciaria nominatur. idcirco quo restituendi fides interponitur. hac similitudinis collectione plurimum Socrates esse usus dicitur: ut in Platone aliorumque eius sectatorum voluminibus inuenitur. Quotiens vero vna res vni rei per similitudinem comparatur. hoc modo colligitur argumentum. regendorum finium arbitri esse dicuntur: qui finalia litigia discernunt. ut si fuerit de finibus orta contentio: eorum dirimatur arbitrio. sed fines in agrorum tantum limitibus esse dicuntur. arbitri autem finium regendorum in ciuitate esse non possunt. Item in arceri aquam in agris tantum dici solet vbi si ex aliquo loco aqua pluuia colligatur: et defluens in campos vicini pascua frugesue corrumpat: arbitri arcende aque a magistratibus statuebantur. queritur ergo an in vrbe arcende aqua arbitrum possimus adigere. et argumentum capitur ex similitudine: si regendorum finium: quia solius agris sunt: in vrbe arbitrum adigere non possis. ne aque quidem arcende: quia solorum esse vbi agrorum: in vrbe arbitrum possis adigere. hic igitur vna res vni rei similitudine coniuncta est. ex eodem etiam similitudinis loco illa sumi proponit. que vocantur exempla. veluti Crassus in causa curiana: que fuit huiusmodi quibus

## In Topica Cicero. Commentariorum li. iiii.

dam pregnantem uxorem relinquens scripsit heredes posthumum: eius alium substituit secundum quod Lurius vocabatur ea conditione ut si posthumus: qui intra menses decem proximos nasceretur: ante moreretur quam in suam tutelam peruenisset. id est ante obiret diem quam testamentum iure facere posset: secundus heres succederet. quod si ad id tempus peruenisset: quo iam firmo iudicio in suam tutelam receptus iure civili instituto posset herede defungi: secundus heres. id est Lurius non succederet. que vocatur substitutio pupillaris. quesitum est an valeret ita instituta ratio. Crassus igitur plurima protulit exempla: quibus ita institutus heres obtinisset hereditatem: que exemplorum commemoratio iudices mouit. dicit et ipsos quoque iurisconsultos uti sepius exemplis: veluti cum fingitur propositio vel causa: ut casus de quo agitur per similitudinem intelligatur hoc modo si quis. n. iurisperitus adiciat id: quod non iure contractum est: nullius esse momenti. adhibeatque exemplum tale. velut si quis rem non mancipi mancipauerit: num idcirco aut rem alienauit: aut se reo facto potuit obligasse: minime. Quod. n. non iure contractum est: nil retinet firmitatis. et alia huiusmodi apud iurisperitos inueniuntur: in quibus oratores maxime valent. quibus est intantum fingere licet: ut eorum oratione et mortui sepe ab inferis excitentur. quod Tullius in ea facit oratione qua Celiu defendit. sed latius inquit est illorum capus id est oratorum: quibus spaciari ac deuagari licet. nec idcirco minus ceteris quoque facultatibus similitudines profunt: quoniam eadem argumenta maximis minimisque causis conueniunt. quo fit ut loci quoque argumentorum diuersarum artium questionibus accommodentur.

**S**equitur similitudinem differentia: res maxime contraria superiori: sed est eiusdem facultatis dissimile et simile inuenire. et generis hec sunt. non quemadmodum quod mulieri debeas: recte ipsi mulieri sine tutore auctore soluas: ita quod pupillo aut pupille debeas: recte possis eodem modo soluere.

**E**iisdem facultatis est similitudines differentiasque cognoscere. qui. n. scit: quid sit idem nosse poterit: quod sit diuersum. Omnis vero similitudo idem aliqd esse constituit: quod. n. idem est secundum qualitatem: id simile esse necesse est. Omnis quippe res: aut substantia eadem sunt aut qualitate: aut ceteris predicamentis. quod si ita est: et animus intelligere hoc idem in pluribus predicamentis potest. sed cum hoc ipsum idem in predicamentis notat: eodem modo in eiusdem predicamentis: quod diuersum est intuetur. sed simile idem est. differentia vero diuersum. Idem igitur anulus eademque intelligentia similitudinem differentiasque cognoscit. Differentiarum vero multe sunt species. alie quippe sunt substantiales: ut homini rationale. alie non substantiales sed inseparabiles: ut nigrum ethiopi: atque coquo. alie vero mobiles neque constantes: ut sedere stare: et huiusmodi cetera quibus et ab aliis hominibus et a nobis sepe distamus. Item differentie alie aliquo modo sunt generum diuisibiles. aliquo modo vero specierum constitutiuę. sed si a constitutiuis argumentum ducatur velut a genere ducitur. nam sicut genus continet speciem: ita differentie continent species. sane si differentie constitutiuę ut genera intelligentur: fides ab his ad ea aptabitur: que constituunt. hec. n. talium differentiarum veluti quedam forme sunt. sin vero sint diuisibiles siquidem ad ea probanda: que diuidunt: earum du-

citur fides: a forma argumentum fieri videtur: nam tales differentie eorum que diuidunt forme quedam sunt quod si ad ea probanda referuntur: que in contrariam partem genus diuidunt tunc proprie a differentia fieri argumentum videtur: quod contrarie veluti differentie comparantur. Quod vero ad exemplum attinet Tullii huiusmodi est. Mulieres antiquitus perpetua tutela tenebantur. pupilli item sub tutoribus agunt sed mulieribus si quid debitum fuisset: sine tutoris auctoritate poterat solui. pupillis vero minime. ergo si queratur: an id quod debeatur pupillo cuilibet. renouente tutore possit exolui. a differentia sumitur argumentum sic. Non sicut mulieri sine tutoris auctoritate debitum possis exoluere: eodem modo nisi auctoritas tutoris accesserit pupillo soluere: quod debeas possis. ille. n. perpetua tutela est prouecta iam etate continetur illorum tutela certus annorum numerus terminum facit. atque idcirco solui pupillo sine auctoritate non poterit. Differt enim persona mulierum a persona pupillorum: vel in eo quod pupilli non perpetua reguntur tutela. mulieres vero perpetua vel quod pupillus nullum sine etiam ministrande utilitatis iudicium habere potest. cum sit aliquis mulieribus et non firmus in explicanda familiaris rei utilitate delectus.

**D**einceps locus est qui a contrario dicitur. Contrariorum autem genera sunt plura: vnus eorum que in eodem genere plurimum differunt: ut sapientia stulticia. eodem autem genere dicuntur: quibus propositis occurrunt tanquam e regione quadam contraria: ut celeritati tarditas non debilitas ex quibus contrariis argumenta talia existunt. Si stulticiam fugiimus: sapientiam sequamur: et bonitatem: si maliciam hec que ex eodem genere contraria sunt: appellantur aduersa. sunt alia contraria: que priuantia licet appellemus latine: grece appellantur. *στέρητικα*. Prepositio enim in priuat verbis ea vi quae haberet. si in prepositum non fuisset. ut dignitas indignitas humanitas inhumanitas. et cetera generis eiusdem. quorum tractatio est eadem. quam superiorum. quam aduersa dixi. Nam alia quoque sunt contrariorum genera. velut ea que cuius aliquo conferuntur. ut duplex. simplicium. multa. pauca. longum. breue. maius. minus. Sunt etiam alia valde contraria. que appellantur negantia. ea *ἀπὸ φανερὰ* *τῆς ἀρετῆς*. grece contraria aientibus. ut si hoc est. illud non est. Quid enim opus exemplo est? tantum intelligat in argumento querendo contrariis omnibus contraria non conuenire.

**D**iuiso differentie loco nunc de contrariis tractat. atque uti res ordo clarius colliquescat: pauca mihi ex Aristotele sumenda sunt. quod ille vir omnium longe doctissimus de hac diuisione tractauit. quaeque. *Μ*. Tullius re quidem Aristoteli fere consentit: sed ab eo nomium interpretatione diuersus est. Nam que Aristoteles opposita. id est *ἀπὸ τῆς ἀρετῆς*. vocat: ea Tullius contraria nominat: sed hec paulo posterius: nunc Aristotelis diuisio consideretur. Oppositorum igitur secundum Aristotelem alia sunt tria. alia priuatio et habitus. alia relatiua. alia contradictoria. Contraria quidem: ut album: atque nigrum habitus vero et priuatio: ut visus et cecitas. dignitas et indignitas. Relatiua vero ut pater filius. diuersus. Contradictoria est dies. non est dies. horum omnium tales inter se differentie considerantur. Nam que

contraria

contraria sunt. partim mediate sunt. partim vero medio  
 carēt mediata sunt. ut album nigrum. est enim horū  
 cuiuslibet medius alius color: ut rubeus vel pallidus. et  
 horū contrariorum non necesse est alterum semper in eē  
 corporibus. Neque enim omne corpus aut album: aut ni-  
 grum est. sed aliquoties in horū medietate est consti-  
 tutū: ut sit rubrum vel pallidum. immediata vero tria  
 sunt: quorum nihil medium poterit inueniri: ut grauitas  
 et leuitas. horū enim nihil est medium. Nam que les-  
 nia sunt: sursum feruntur. que graua deorsum. Quod  
 autem sit corpus: quod neque sursum: neque deorsum fe-  
 rat: nihil poterit inueniri. Sed immediata contraria  
 talia sunt: ut alterū eorum cui potest accidere: semper in-  
 bereat. ut in proposito superius exemplo. Necesse ē  
 enim omne corpus vel leue esse vel graue: quia leuitas  
 et grauitas medium non habēt. quia preterea inesse cor-  
 poribus possit. At ea que in priuatione et habitu sunt  
 ut cecitas et visus: distant quidem ab his contrariis:  
 que claudunt aliquā medietatē: quia ipsa medietatē non  
 habēt. ab his vero contrariis differunt: que sunt imme-  
 diata. quoniam horū contrariorum alterū semper subiecto in-  
 esse necesse ē: ut corpori grauitatē vel leuitatē: priua-  
 tionem vero et habitum non semper: ut cum sit habitus  
 quidem visus: priuatio autem cecitas. non omne quod  
 videri potest: aut videt aut cecum est. infans quippe  
 nondum editus neque videt: quia nondum processit in lu-  
 cem: neque cecus est: quia nondum habuit visum: quē po-  
 tuisset amittere. idem de catulis dici potest: qui statim na-  
 ti nequeunt intueri. nam tunc eos nec cecos dicere pos-  
 sumus nec vidētes. Et postremo contraria semper in  
 suis qualitatibus considerant. priuationes autem non quod  
 ipse sint aliquid. sed ex habitus absentia colliguntur. ne-  
 que enim cecitas est aliquid: sed a visus intelligit ab-  
 scesse. tam vero priuatio quā trietas differt a relationis  
 oppositōe eo quod neque tria neque priuatoria similes esse  
 possunt. idem enim vno eodemque tempe. vno eodemque  
 in loco album nigrumque: vel videns cecumque esse non po-  
 terit. sed relatiua a se nequeunt separari. neque enim potest esse  
 filius sine patre. nec seruus si dominus non sit. amplius con-  
 traria ad se et priuatoria non referuntur. Nemo enim  
 dicit album nigri vel nigri albi: vel cecitatē visus vel  
 visū cecitatis. quia vero in relatiōe sunt posita in ipsa relatio-  
 nis predicatione consistunt ut duplū dimidiū. dominus seruus  
 et cetera ad hunc modum tam vero tria quā et relationes  
 differunt a contradictionibus quia contradictiones qui-  
 dem semper in oratione consistunt: et in altera eorum parte ve-  
 ritas. in altera falsitas inueniunt. contraria vero et priua-  
 toria et relationes in simplicibus partibus orationis et in  
 his neque veritas neque falsitas inest. nam cum dico album:  
 nigrum. cecitas. visus. dominus. seruus simplices orationis par-  
 tes sunt: neque verum neque mendacium continēt. in  
 simplicibus enim partibus orationis veritas vel falsitas  
 nulla est. cum autē dico dies est. dies non est. utreque pro-  
 positiones. vna in affirmatione altera in negatiōe po-  
 sita: orationes sunt. sed. M. Tullius non tam propriis no-  
 minibus quam notioribus vtitur. ait enim contrariorum  
 alia esse que aduersa vocentur: alia que priuantia: alia  
 que in comparatione sint. alia que aientia et negatiua  
 nuncupantur: sed que contraria nominat. opposita ve-  
 rius dicerentur: que aduersa dicuntur. contrariorum me-  
 lius susciperent nomen. que in collatione noīat. ea re-  
 latiua vel ad aliquid certum vocarentur. sed vtraque noīat  
 ut voluit: dum res ipse certa proprietatis sue ratione signen-  
 tur. nos vero in ceteris quos edidimus libris eo nūcu-  
 pauimus modo: quo superius in Aristotelis dictum est

diuisione secundum M. T. igitur contrariorum alia sunt aduersa:  
 sa: ut sapientia stulticia. alia priuantia ut dignitas et  
 indignitas alia vero que cum aliquo conferunt. ut duplū  
 simplū. alia vero que appellantur negatiua econtrario autē  
 tibus constituta. ut si hoc est: illud non est. aduersa igitur  
 sunt: que sub vno genere posita plurimum differunt.  
 ut album nigrumque a se plurimum distant sub  
 vno genere posita sub colore. Itē celeritati tarditas  
 aduersa ē positis vtrisque sub motu. neque enim celeritati  
 debilitas opponenda est: quia debilitati firma validudo  
 tria est: quod in diuisione omisit Cicero: sed docuit  
 exemplo. illa quoque dicuntur aduersa: quia in diuersis ge-  
 neribus sita plurimum a se discrepare intelliguntur. ut  
 sapientia stulticie. Illa enim sub genere boni est: hec vero  
 sub mali. quibus huiusmodi exemplum priuationem potius  
 spectare videat: nam stulticia priuatio sapientie est: nec  
 quicquam est aliud stulticia nisi sapientie: et rationis absentia. sed  
 quia sunt: quia priuantia Cicero appellet: posterioris demon-  
 strabo. Et his hoc inō argumenta sument. Si stulti-  
 ciam fugimus: sapientiam sequamur. si bonitatem appe-  
 timus: maliciam fugiamus quibus malicia quoque secū-  
 dum eundem modum qui superius dictus est: priuationi  
 bus possit adiungi. Priuantia vero secundum Liceronē sunt:  
 que grece. ὀτρητικά. appellantur: que habent eam  
 partem orationis prepositam: que cum fuerit adiecta. sepe fere ali-  
 quid demit. ea in preposito. hec enim syllaba cui fuerit  
 apposita demit fere aliqd ex ea vi: quā eēt res quilibet  
 habitura: si in syllabam prepositam non haberet. ut hūani-  
 tati inhūanitas. namque preposita in id de quo dicitur hūa-  
